

פשע *prævaricatio*:) vide *Daniel. VIII, 12. 13. IX, 24.*

כסוי *teſti*:) h. e. qui opertus est quoad peccata, vel qui tegumentum peccatorum est consecutus, nimirum coram irata ac ultrice Dei facie, ne huic tam deformia ac fœda scelera ulterius bilem concitent, aut ad vindictam impellant. Verbum כסה in Kal ponitur tantum tribus in locis, nempe tum in participio præſente כסה de celante ignominiam, *Prov. XII, 16.* & scientiam, *ibid. vers. 23.* tum in paul, hoc loco. In piel adhibetur simili sensu *Pfal. LXXXV, 3.* כסיתי cuncta eorum peccata; ubi pulchra institui potest comparatio inter excrementa terra operienda, *Deut. XXIII, 13.* & inter peccata nostra, quæ nauseam in facie Dei concitant gravissimam. Huc operculum illud arcæ typicum seu *λασπεδον*, quod occultabat quasi à conspectu Dei tabulas legis, ceu peccatorum nostrorum chirographum; *Rom. III, 25.* cujus antitypus est Christus, sanguine suo tegens peccata credentium, &c. non quidem ut non amplius sint, uti volunt Papistæ, sed ut non appareant. Oppositum est discooperire peccata, *Jer. XLIX, 10. Neb. IV, 5.* Quæ aliàs inter nostrates & Pontificios super textu hoc disceptantur; v. g. de peccato originali, num illud peccatum esse definat in regenitis, eò quod omnia ab ipsis peccata sint ablata, adeoque etiam hoc originale, &c. Item de justificatione, quod ipsa non fiat per infusionem justitiæ habitualis, sed per condonationem & tentionem delictorum, &c. legi poterit apud B. Chemnitium *p. 1. exanim. Conc. Tr. p. 104. b.* Gerhardum *t. 4. LL. de bapt. §. 130. & de B. O. thes. 65.* Meisartum *anti Coster. d. 8. thes. 106.* Winckelmannum *t. 3. Giff. d. XI. thes. 24. seqq.* Chamierum *t. 3. pansfr. l. 21. c. 16. n. 27. seqq.* Thummium *exerc. theol. d. 6. thes. 83. pag. 44. seqq.* Haksspanium *not. b. l.*

הטאה *peccatum*:) h. e. peccata singula: singularis pro plurali per enallagen. nam qui justificatur, hujus non aliquot, sed universa peccata teguntur perfectè.

EXPLICATIO VERSUS II.

ארי *hominis*:) scilicet cujuslibet, sive maris, sive feminae: utrique enim nomen hoc tribuitur *Gen. I, 27.*

לא יחשב *cui non imputat*:) est hoc loco ellipsis relativi אשר, qualem deprehendimus *Pfal. IV, 8. VII, 16. IX, 16. XVI, 4. XVII, 9. XVIII, 1. 44. XXV, 12.* Porro verbum חשב *cogitavit*, cogitando reputavit, quandoque cum (ל) constructum significat aliquid alteri imputavit, vel de ipso cogitavit, aut cogitando annueravit, (ceu Germanus ait, zurechnen / nam & חשב significat supputare, numerare;) ceu *2. Sam. XIX, 20.* ubi Simei ad Davidem: אל יחשב לי ואל תזכר & mox sequitur parallela phrasis, ואל תזכר & ne recorderis, &c. quod ipsum convenit cum latino ignoscere, quod est quasi Non noscere. *Genes. XV, 6:* רָחַם וְיִחְשַׁבְהוּ *reputavit ei in justitiam*; sic in niphil *Lev. VII, 18:* non imputabitur offerenti &c. Huc illud Pauli *2. Cor. V, 19:* Deus in Christo reconciliavit sibi mundum, *μη λογίζομεθα*, non imputans ipsis transgressiones. Futurum hoc loco ponitur pro præſenti, ac proinde minus commodè *LXX. reddiderunt: λογισσεται*, uti & *Vulg. non imputavit.*

ברוח *in spiritu ejus*:) h. e. in mente vel vo-

luntate: cujusmodi vocis hujus acceptio est *Dan. VII, 15:* horruit spiritus meus, i. e. animus. *Prov. XXIX, 11.* stultus profert omnem spiritum suum, i. e. voluntatem.

דולוס *dolus*:) h. e. qui non aliud fovet in corde, aliud profitetur ore, sed qui seriò ac sincerè coram Deo sua exponit delicta, ad exemplum Davidis, *vers. 5.* veraque & non fucata fide ejusdem apprehendit oblatam gratiam. Vel, qui non alium se simulat coram Deo ac hominibus, quam qualis est revera: qui non simulat se justum, cum sit malorum sibi conscius, imò qui nec sibi ipsi mentitur, justitiam sibi fortè persvadendo: *Luc. XVIII, 9.* Nomen hoc (à רמה *projicere*, & in piel *decipere*,) significat dolum, ubi aliud præ se fert externa species, aliud verò reconditum est interius; quomodo v. g. tribuitur *arcti*, qui præ se fert constantiam ac robur, quoad externam speciem, sed illud postea non præstat. *Pfalm. LXXVIII, 57. Hof. VII, 16:* item linguæ, blanda proloquente verba *Job. XIII, 7. XXVII, 4. Pl. LII, 4. CXX. 2. 3. Mich. VI, 12.* Sic facere dolum, *Pfal. Cl, 7.* Alicubi redditur *Remissio* vel *desidia*, ceu *Prov X, 4:* כח רמה facit pauperem, *c. XIX, 15:* anima רמה *desidia* vel *desidiosa* esuriet. *Genebr.* cujus conversio non est dolosa. vel qui post remissionem peccati non amplius fovet dolum revertendi ad vomitum. *Muis:* qui non peccant animo pœnitendi, aut non pœnitent animò peccandi. *Vatablus:* qui sincerò corde convertitur ad Deum, verè, sincerè, sine ulla hypocrisi agnoscens peccatum.

EXPLICATIO VERSUS III.

כי *quia* vel *quando*:) Lutherus conjunxit utrumque den da / nimirum, quia sic exigebat, connexionis ratio. Conjunctio quidem causalis est hocce כי sapissimè, pro adverbio verò temporis (*quando, dum,*) ponitur itidem non rarò, ceu *Jud. XXI, 22:* כי *quando* venient parentes earum; *Pfal. XXIII, 4:* quando ambulo, &c.

תחישתי *tacui*:) nimirum peccata confiteri nolens, ex carnis tum tarditate, tum intempestiva verecundia, tum perversa persuasione, tum peccati extenuatione, &c. sic enim docet *antith. vers. 5.* Verbum תחישתי *aravit*, *machinatus est*, aliquando etiam valet *tacere*, ut *surdum se gerere*: quam posteriorem quidem significationem in hiphil sustinet ubivis. vide quæ de verbo hoc diximus *Pfal. XXVIII, 1.* *Vatablus* paulò aliter: dum tacitus apud me reputavi peccatorum multitudinem ac gravitatem. Malè autem hoc trahitur ad confessionem in papatu i. auricularem, 2. peccatorum singulorum, 3. sub necessitate salutis, cum Davidi sermo solum sit de confessione coram Deo, *vers. 5.* in relatione ad præviam excusationem, pravam persuasionem, &c. De verbis his, ab ægroto, confiteri delictum nolente digito velut ostensis suo Confessionario, vide *Strignit. de conscien. conc. 21. p. 162.*

בלו *inveterata sunt* vel *contabuerunt*:) vigorem ac succum omnem nativum amiserunt, nimirum ex mœrore diuturno, ceu sequitur. Verbum בלה significat *veterascere*, nitorem ac integritatem suam amittere, quomodo de vestibis usurpatur crebrò, v. g. *Jes. L, 9. LI, 6. Deut. VIII, 4. XXIX, 5. Jos. IX, 13. Neb. XI, 21. Job. XIII, 28. Psal. CII, 27.* item de Sara, *Gen. xviii, 12.* (præter hos locos

locos non reperit
mea & cutis mea
וְעַשׂוּ חַסְדִּים
stabilimen
quia ossa fun
cipu
poris totius co
ideoque ead
ecellitatis infig
indicatur, h
oblitumrum,
metu futu
22: spiritus
sicut cren
III, 19. *Pfal. V*
est *Prov. X*
Pfal. LI, 10: o
benedicunt
XXVIII, 13.
כִּי שָׂוֶה
ob e
ex mœrore m
pœnitenti signis.
ejulatu ob
de voce conf
Genebr. tacer
holorem. וְשָׁמַר
Zach. XI,
Jud. X
de singulu homin
Psal. xxii, 2. *Job.*
male est, valet
כִּי תוֹתִי
debus. Late
redinteg
conolatione
habant acrius &
EXPLIC
וְעַשׂוּ die ac
per diem
tatio, exclus
tatis.
וְעַשׂוּ *gravis*
tu, imitar on
quibz magis
loco denota
patre vel h
Pfal. XXI,
ne longa. Dic
manus, chi
sunt flagra inte
comprehen
nare, gravem
specu manus D
numirum plag
22. Pulchrè
pas est medica,
primit fugiente
tate, ferrea sua d
וְעַשׂוּ *humor*
dite verbali car
Num. XI, 8
וְעַשׂוּ לְעַשׂוּ *hum*
cum radice Cha
וְעַשׂוּ &c. R.
midas, humid
h. e. balsamus v
silo, in quo cor